¶ Secūda viſio ſpiritualis eſt qua non res ſed imagines rebus ſimiles ſpūaliter videmus ſicut in ſomnijs ſolemus. et ſicut iohēs in apocalipſi. et pphas multa nouimus vidiſſe. et hec viſio ſcdm celū nūcupatur. quia res in hijs ſimilitudinibus celantur. ¶ Tercia vero intellectualis cū neq res exterius. neq imagines rerū interius. ſed ipās ſubſtātias put vere ſūt abſtractis coloribꝫ intellectu ꝯſpicimus. et vniuſcuiuſq qualitatē inter ſe differentem racōe diſcernimus. Et hec viſio terciū celū vocatur. quia veritas rerū in hac quaſi a ſtultis celatur. Igitur ſi aplus in corpe eſt raptus. tūc ad corporeum celum ſcꝫ firmamētū eſt pductus. Si autē extra corpus qđ magis videtur tūc vtiq ad intellectuale celum raptus creditur. in quo eſſentiam deitatis ſicut eſt et angelicas ſubſtantias prout ſunt non ſenſualiter quod nequit fieri niſi per corpus nec ſpūaliter quod non fit niſi per imagines rebus ſimiles. ſed veraciter qđ non fit niſi ipſo intellectu vidiſſe cognoſcatur. Angeli vel iuſti quadam ſimilitudine celi nuncupatur quia in ſecreto dei humanis viſibus celantur. et econtra demones vel impij tenebre appellantur. quia in tormentis a nobis occultantur.

¶ De regno celorum quid vere ſit et vbi ſit eſſe credendum.

¶ ca. xl.

Regnū autē celoꝝ id eſt iuſtoꝝ nō vrbiūꝫ menia. non poſſeſſionū ꝑdia. non auri vel gemmarū copia. nō ſupellex varia. ſed iuſticia pax et om̄imoda gloria in pleno gaudio creditur. quod de viſione eterne claritatis. et de ſocietate angeloꝝ et ſanctoꝝ habet̄. Deus eterna lux ꝓbatus eſt eſſe in mūdo ꝛ extra mundum infra et ſup̄. et in circuitu vndiqꝫ et vbiqꝫ. Igit̄ ſi regnū taliū celoꝝ racōne demōſtrante michi aliud eſt q̄ȝ viſio dei que eſt fons oim̄ bonorum. neccᵉrio ſequitur q regnū celoꝝ ſit in hoc mundo. et extra mundum. et in om̄i creatura et extra om̄em creaturā. Vn̄ habetis. regnū celoꝝ intra vos eſt. q nimirū in deo cōſiſtētes. eū in nobiſipſis et in om̄i creatura et extra om̄em creaturā ſicut ē cernimus. Idcirco aūt nūc extra deū vel extra regnū celorū dicimur. q hac viſione priuamur. Eodē mō ꝛ miſeri tūc a regno celorum excludi referūtur. q eadē viſione ut ceci ſole priuabūtur. Hoc regnū celoꝝ vel hoc gaudiū iuſti intrare ſcribūtur. q ineffabile gaudiū nō capiētes in eo quodāmodo obuoluuntur. Rō aūt aīe ſurſū ad celū ferri affirmātur vel etiā inferri putātur ad viſū nr̄m ſꝫ. q̄bꝫ ſupiora ſplēdore ſolis lucidiora noſcuntur. et q aliter res nō pt̄ ꝯgnoſci ab hijs q̄ ſūt adhuc i carne. Solute aūt non loco mouētur. nec ad aliquē locū corporeū ducūtur ut in de deū ꝯtēpletur. ſꝫ mox

a corpe ſequeſtrate. angelis ꝛ ſanctis ſocian-
tur. et regno celoꝝ qđ eſt viſio dei intra mũduz
et extra et vndiqꝫ ſine mora fruũtur. Sicut ce-
cus i ſole poſitus ſi eiꝰ oculi aperirẽtur ꝯfeſtim
luce ſolis fruẽtur. Nđ a quibuſdam morientibꝫ
lux vel forme angeloꝝ aut ſcõꝝ ibi vidẽtur. et
ꝯcẽtus armonie audiũtur. et ad alta duci cer-
nũtur hoc ꝓpter viuẽtes fieri non dubitetur. ut
in xpiana religione corroborẽtur. Porro friuo-
lũ vid' ſi aïe illocales de h' mũdo extra firmamẽ
tum duci aſſerãtur q̄ſi ibi ſit pulchrius vel ibi
magis ſit deus cũ ſup' ꝛ infra intra ꝛ extra equaſr
eſſe nõ dubitetur ꝛ eius viſio vbiqꝫ iuſtis equa
liter adeſſe ꝯprobetur. Aïas vero vel ſpũs cum
ſint incorporei corporeis locis includi abſurdiſ-
ſimũ vid'. pſertim cũ om̄is locus altitudine lon
gitudine latitudine dimetiatur. hiiſqꝫ omnis
ſpũs carere bene ſciat'. Ideo quippe illocaliter
manere ꝛ eius viſione frui eſtimãtur. ſicut ſci-
entia in anima illocaliter moratur.

¶ De gloria corporũ beatoꝝ. ¶ ca. xli.

Corpus aũt ſanctoꝝ reſurget ſpirituale.
quia velocitate leuitate perſpicuitate ſpi-
ritibus erit equale. et omne ſolidum erit ei pe-
netrabile. ſicut ꝛ corpus dñi lapide clauſo ſur-
rexit ꝛ ianuis clauſis intrauit. Sicut igitur ſpi
ritus nunc nullo corporali loco ſuſtentatur. ita
quoqꝫ nõ eſt neceſſe ut tunc ſpirituale corpus